

Propter has diversitates est diversus modus specialis, sed generalis repugnancia non est expolianda⁹ a regimine humectativo et impinguatione, preter hec, que faci<un>t cadere in opilaciones. Veniunt ergo cavenda cibaria inflativa, ut sunt ligumina, et omnia, que generant fumum grossum, et vaccina caro. Hec enim grossum et viscosum / humorem generant. Pisces, lac, caseus, fabe, caules, bubuline carnes, vaccine bovineque, carnes animalium melancolicorum, ut leporum, caprioline, anserum, anatum et in aquis degentium viscera – videlicet animalium –, pisces lacunales, omnia salsa dimittat<t> ratione exiccationis, omnia indurata per decoctionem et generaliter cibaria de pasta et cruste panum et omnia generaliter frigida et sicca, que latissime patent magnificentie vestre. Comedat autem per oppositum sanguinem bonum generativa; et cibi calidi cum qualitate, tum^c addicione in humectando, ut carnes galline elixate, carnes gallinarum iuvenum et pinguium perdicum et fasianorum et herodiorum^d, columbarum novarum, carnes mutonum, habent proprietatem in destruendo melancoliam, ut Almucisis¹⁰ in libro de cibis. Conveniunt pisces petrini parvi et mediocriter squamosi et marini, et poterunt carnes condiri cum feniculo, boragine et petrosililio, et super aspergi poterunt etiam dicte carnes pulvere canelle^e. Vitelli ovorum molles conveniunt in aqua elixati, ex herbis borrago, buglossa, endivia. Panis sit mundus a furfure, id est parum habens fur<r>furem, ne opilet, sed absterget. Sit ergo boni tritici, de bona farina, non conservati in cavernis. Propter inclusionem malorum humorum seu vaporum dixi, / quod non debet esse multi furfuris (*est enim furfur terrestris et siccus*, ut Averroes sexto Colliget¹¹), et debet esse^f pauci salis. Nam omnia salsa ratione desiccacionis disconveniunt et resideant in aqua, cum qua si<n>t flores boraginis, buglosse aut been album et rubeum. Non sit valde assus, nam cruste non conveniunt, et sit temperate

c) cum *Hs.*d) eodorum *Hs.*e) cauelle *Hs.*f) esset *Hs.*

9) Expoliare ist ein hier im übertragenen Sinn verwendeter alchemistischer Fachausdruck, der die Herauslösung und Trennung von Stoffen bezeichnet.

10) Nicht nachweisbar; möglicherweise ist der lateinisch Haly Abbas († 982/994) genannte Autor gemeint, dessen arabischer Name 'Alī ibn al-'Abbās al-Madschūsī lautet.

11) Das sechste Buch von Averroes' Colliget enthält eine Gesundheitslehre; eine Aussage zu Kleie (furfur) ist dort nicht zu finden. Es handelt sich um eine Verwechslung mit dem Kapitel über Brotsorten (De complexionibus ciborum) im fünften Buch, wo es mit Bezug auf die Kleie heißt: cortex uniuscuiusque vegetabilis est terrestris siccus; hier zitiert nach dem Druck im Anhang zu Avenzohar, Liber Teisir (Venedig, Johannes und Gregorius de Forlivio, 1491) fol. 39vb (BSB-Ink A-950).